

Hermanni Augustani Episc. Epistola ad Ottonem Episcopum Bambergensem, qua ei narrat excidium urbis Augustæ per milites Lotharianos, & Azonis Episc. Aquens. expoliationem. Ex Eccard. orig. Guelf. Tom. II. pag. 511.

23

MCXXXII.

Bono Christi, & Ecclesiæ odori, Ottoni venerabili Bambergensium Episcopo, omnique Ecclesiæ suæ Augustensis Ecclesiæ Dei gratia humilis Minister . . . Ecce desolata est civitas nostra . . . civitas hætenus dicta Augusta, sed nunc dicenda potius Angusta, vel Angustia. Sedet in tristitia: non est, qui consoletur eam, nisi Deus noster, & Deum timentes propter Deum in caritate compatiuntur nobis in passionibus nostris, quas passi sumus introitu Domini Regis . . . exigentibus quidem peccatis nostris, quæ fecimus non contra eum, sed contra Deum. Ipsum enim venientem ad nos debito honore cum gaudio suscepimus nos, & universus noster clerus, & populus tamquam Regem, & dominum . . . prætermittis itaque multis & magnis Ecclesiæ nostræ miseriis, & injuriis unum solummodo sacrilegum nefas in auribus Domini Regis, & Principum, qui aderant lacrimabili voce conquesti sumus, quod contigit ante adventum Regis paucis diebus. Hoc videlicet, quod cives nostri quidam exierunt a nobis, qui non erant ex nobili semine, nequam, filii scelerati, qui in conducto nostro, ac fere in præsentia nostra solaverant Aquensem Episcopum, Apostolicæ Selegatum per nos ad curiam regis transeuntem. Super his inquam omni curiæ conquesti sumus, justitiamque regno, & Ecclesiæ debitam postulavimus humiliter. Dum ergo Principes in hoc essent, & consilium super his caperent, orta est machinante diabolo subito inter vendentes, & ementes quædam pro vili causa parva seditio, primum per secretarios regis in suburbio: deinde clamor ingens tollitur, forenses campanæ pulsantur, concurrunt cives, conveniunt Regis milites universi ad pugnam, festinant, universi causam pugne ignorant, unus illud, alter aliud opinatur. Rex ipse sibi necem intentari suspicatur . . . illico irruebant in nos, & in nostros Rex & sui in die dominica V. Kal. septemb., & facta est coedes sacrilega clericorum, & laicorum prope januas matricis Ecclesiæ intus, & extra ab hora diei sexta, usque ad vesperam &c.

Veniebat tunc in Italiam Lotharius Rex: & hanc tragediam quoque depinxit Annal. Saxo ad an. 1132.

Sententia Robaldi Archiepiscopi Mediolanensis coram Amizone Ep. Aq., & suffraganeis in causa inter monasterium S. Petri de Cremella, & Ecclesiam S. Johannis Modætiæ. Ex Iulin. Mem. Stor. di Milano T.V. pag. 564.

24

MCXXXV.

Spiritus Sancti adsit gratia. Robaldus divina procurante gratia Mediolanensis Ecclesiæ Archie-

piscopus . . . inter se discrepantes ad pacis unitatem convocare peroptans litem, & discordiam a longis temporibus agitatam . . . quæ inter venerabilem Ecclesiam s. Johannis Modætiæ, & beatissimi Petri reverendum monasterium Cremellense fuerat cum . . . venerabilibus fratribus meis Episcopis Amizone scilicet Aquensi, Vercellenfi Ghisulfo, Novariensi Litesfredo, Iporiensi Uidone . . . viris catholicis, & religiosis, & beati Ambrosii suffraganeis; itemque cum consilio majoris Ecclesiæ Canonorum, videlicet Amizonis Archidiaconi . . . atque aliorum . . . in Archiepiscopali domo Mediolani publice promulgata definitiva sententia terminavimus &c.

Acta sunt hæc in palatio Mediolanensi anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi MCXXXV. . . . II. . . . mo. die mensis decembris indict. XIV.

Sententia Milonis Subdiaconi Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ delegati ab Archiepiscopo Oberto cum Henrico Episc. Aquens. in causa inter Archipresbyterum Modætiæ, & incolas Sexti ex Jul. Mem. di Mil. par. V. pag. 596.

MCXLIX.

25

In nomine sanctæ, & individue Trinitatis. Recordatio sententiæ, quæ data est a domno Milone sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Subdiacono iussione venerabilis domni Oberti Mediolanensis Archiepiscopi super controversia, quæ inter domnum Vvidonem Ecclesiæ beati Joannis Modætiensis Archipresbyterum, & vicinos de Sexto agitabatur. Controversia autem hæc erat ec. Visis itaque, & auditis his, & aliis argumentis, & rationibus, communicato cum domnis Henrico Aquensi, & Lanfranco Laudensi Episcopis, qui tunc præsentibus aderant, aliisque fratribus consilio, domnus Milo, ut dictum est, iussione domni Oberti Archiepiscopi hanc promulgavit sententiam &c. . . .

Data est hæc sententia anno dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quadragesimo nono mense augusti indictione duodecima.

† Ego Obertus Archiepiscopus ss.

† Ego Milo Subdiaconus jussu domni Archiepiscopi Oberti hanc sententiam tradidi, & subscripsi.

Venditio terræ in Quinciano facta ab Othone Ariberti Abbatis mon. S. M. Aquis. Ex Tabul. Mon.

MCLXII.

26

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo secundo die Dominico VII. id. junii indictione quarta. Carta venditionis sub dupla defensione facte Otto Ariberti in manibus Siccæ . . . de una parte de terra juris mei, quam habere videor in territorio Chinciani, & jacet ad locum, ubi dicitur . . . Accelli sextaria VIII., & tabule VI., & pedes XI., coeret ei ex una parte s. Petrus, ex alia Obertus Ravarius, ex tertia via, sibi que alie